

Epistola Catholica Iudae

1:1 Iudas Iesu Christi seruus frater autem Iacobi his qui in Deo Patre dilectis et Iesu Christo conseruatis uocatis 1:2 misericordia uobis et pax et caritas adimpleatur 1:3 carissimi omnem sollicitudinem faciens scribendi uobis de communi uestra salute necesse habui scribere uobis deprecans supercertari semel traditae sanctis fidei 1:4 subintroierunt enim quidam homines qui olim praescripti sunt in hoc iudicium impii Dei nostri gratiam transferentes in luxuriam et solum Dominatorem et Dominum nostrum Iesum Christum negantes 1:5 commonere autem uos uolo scientes semel omnia quoniam Iesus populum de terra Aegypti saluans secundo eos qui non crediderunt perdidit 1:6 angelos uero qui non seruauerunt suum principatum sed dereliquerunt suum domicilium in iudicium magni diei uinculis aeternis sub caligine reseruauit 1:7 sicut Sodoma et Gomorra et finitimae ciuitates simili modo exfornicatae et abeuntes post carnem alteram factae sunt exemplum ignis aeterni poenam sustinentes 1:8 similiter et hii carnem quidem maculant dominationem autem spernunt maiestates autem blasphemant 1:9 cum Michahel archangelus cum diabolo disputans altercaretur de Mosi corpore non est ausus iudicium inferre blasphemiae sed dixit imperet tibi Dominus 1:10 hii autem quaecumque quidem ignorant blasphemant quaecumque autem naturaliter tamquam muta animalia norunt in his corrumpuntur 1:11 uae illis quia uia Cain abierunt et errore Balaam mercede effusi sunt et contradictione Core perierunt 1:12 hii sunt in epulis suis maculae conuiuantes sine timore semet ipsos pascentes nubes sine aqua quae a uentis circumferuntur arbores autumnales infructuosae bis mortuae eradicatae 1:13 fluctus feri maris despumantes suas confusiones sidera errantia quibus procella tenebrarum in aeternum seruata est 1:14 prophetauit autem et his septimus ab Adam Enoc dicens ecce uenit Dominus in sanctis milibus

1:1 Jude, the servant of Jesus Christ, and brother of James, to them that are sanctified by God the Father, and preserved in Jesus Christ, and called:

1:2 Mercy unto you, and peace, and love, be multiplied.

1:3 Beloved, when I gave all diligence to write unto you of the common salvation, it was needful for me to write unto you, and exhort you that ye should earnestly contend for the faith which was once delivered unto the saints.

1:4 For there are certain men crept in unawares, who were before of old ordained to this condemnation, ungodly men, turning the grace of our God into lasciuiousness, and denying the only Lord God, and our Lord Jesus Christ.

1:5 I will therefore put you in remembrance, though ye once knew this, how that the Lord, having saved the people out of the land of Egypt, afterward destroyed them that believed not.

1:6 And the angels which kept not their first estate, but left their own habitation, he hath reserved in everlasting chains under darkness unto the judgment of the great day.

1:7 Even as Sodom and Gomorrha, and the cities about them in like manner, giving themselves over to fornication, and going after strange flesh, are set forth for an example, suffering the vengeance of eternal fire.

1:8 Likewise also these filthy dreamers defile the flesh, despise dominion, and speak evil of dignities.

1:9 Yet Michael the archangel, when contending with the devil he disputed about the body of Moses, durst not bring against him a railing accusation, but said, The Lord rebuke thee.

1:10 But these speak evil of those things which they know not: but what they know naturally, as brute beasts, in those things they corrupt themselves.

1:11 Woe unto them! for they have gone in the way of Cain, and ran greedily after the error of Balaam for reward, and perished in the gainsaying of Core.

1:12 These are spots in your feasts of charity, when they feast with you, feeding themselves without fear: clouds they are without water, carried about of winds; trees whose fruit withereth, without fruit, twice dead, plucked up by the roots;

1:13 Raging waves of the sea, foaming out their own shame; wandering stars, to whom is reserved the blackness of darkness for ever.

1:14 And Enoch also, the seventh from Adam, prophesied of these, saying, Behold, the Lord cometh with ten thousands of his saints,

Biblia Sacra Vulgata

1:15 To execute judgment upon all, and to convince all that are ungodly among them of all their ungodly deeds which they have ungodly committed, and of all their hard speeches which ungodly sinners have spoken against him.

1:16 These are murmurers, complainers, walking after their own lusts; and their mouth speaketh great swelling words, having men's persons in admiration because of advantage.

1:17 But, beloved, remember ye the words which were spoken before of the apostles of our Lord Jesus Christ;

1:18 How that they told you there should be mockers in the last time, who should walk after their own ungodly lusts.

1:19 These be they who separate themselves, sensual, having not the Spirit.

1:20 But ye, beloved, building up yourselves on your most holy faith, praying in the Holy Ghost,

1:21 Keep yourselves in the love of God, looking for the mercy of our Lord Jesus Christ unto eternal life.

1:22 And of some have compassion, making a difference:

1:23 And others save with fear, pulling them out of the fire; hating even the garment spotted by the flesh.

1:24 Now unto him that is able to keep you from falling, and to present you faultless before the presence of his glory with exceeding joy,

1:25 To the only wise God our Saviour, be glory and majesty, dominion and power, both now and ever. Amen.

suis 1:15 facere iudicium contra omnes et arguere omnes
impios de omnibus operibus impietatis eorum quibus impie
egerunt et de omnibus duris quae locuti sunt contra eum pec-
catores impii 1:16 hii sunt murmuratores querellosi secun-
dum desideria sua ambulantes et os illorum loquitur superba
mirantes personas quaestus causa 1:17 uos autem carissimi
memores estote uerborum quae praedicta sunt ab apostolis
Domini nostri Iesu Christi 1:18 quia dicebant uobis quo-
niam in nouissimo tempore uenient inlusores secundum sua
desideria ambulantes impietatum 1:19 hii sunt qui segre-
gant animales Spiritum non habentes 1:20 uos autem ca-
rissimi supraedificantes uosmet ipsos sanctissimae uestrae
fidei in Spiritu Sancto orantes 1:21 ipsos uos in dilectione
Dei seruate 1:22 et hos quidem arguite iudicatos 1:23 il-
los uero saluate de igne rapientes aliis autem miseremini in
timore odientes et eam quae carnalis est maculatam tunicam
1:24 ei autem qui potest uos conseruare sine peccato et con-
stituere ante conspectum gloriae suae immaculatos in exul-
tatione 1:25 soli Deo saluatori nostro per Iesum Christum
Dominum nostrum gloria magnificentia imperium et potes-
tas ante omne saeculum et nunc et in omnia saecula amen